

2836a tra Palestrina e Zagarolo MARVC. In agro Praenestino, [deinde in] museo Ciampino FABR. Apud Ciampinum BVON.

D · M
C · VALERI · HERMETIS
VALERIA · HERMIONE
PATRI · DVLCISSIMO

Codex Marucellianus A, 195; Fabretti 62, 365 (inde Vulpi Lat. 9 p. 194; Cecconi p. 180; Petrini p. 316 n. 20); Buonarroto cod. Marucell. A, 43.

2 HERMAETIS Maruc.

2839 esistente in campagna sul colle Acquatraversa [colle di Quadraversa formae publicae nuper editae] avanti il Linaro, territorio di Gallicano, ad milliarium decimum sextum antiquae viae Praenestinae ROSA.

sex(r). p OMPEIO · sex. f
p AL · BAEBIANO
scrib AE QVAE · storio
scrib AE AEDILICIO
5 sex. p O M P · eius sp. f
col MVSSIANVS
quinque NNALIS DECVRIAE
sacerdo TIVM VIDENTALIVM sic
et baebiano FLORA · MATER
10 filio PIISSIMO

Petrus Rosa descripsit, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst. arch.* 1856 p. 143.

Supplevit Henzen ex titulo urbano Corp. vol. VI n. 567, ubi nominatur idem *Sex. Pompeius Sp. f. Col(lina tribu) Mussianus quinquenalis decur(iae) bidentalis*. — 6 MVSSIANVS, 9 AELORA traditur.

2844 ad aediculam divi Pastoris via Praenestina lap. XVIII FABR.; ad S. Pastoris prope Gallicanum in villa Dominicanorum BIANCH., similiter PENNAZZ. GIORG. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap. incert. I*). Fortasse originis urbanae, ut certo ex urbe venerunt titulus aliquando in eadem villa ad S. Pastoris adservatus T. Flavii Daphni Mur. 1257, 9 et is qui hodie quoque ibi (nunc villa est collegii Germanici, diversa autem a villa Rospigliosorum ubi est n. 2940) extat vol. VI n. 2625.

C · HELVIDIO
C · F · ARN
PRISCO

Descripsit Henzen; ad ectypum delineavit Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 315. Fabretti 174, 336; Pennazza cod. Barb. 34, 14; Bianchini cod. Veron. 353 f. 18; Giorgi sched. Casanat. descripsit anno 1740; Passionei p. 93 n. 62; Marini ms. Vat.

Helvidius Priscus praetor anno p. C. 70 et ipse videtur fuisse tribus Arnensis, oriundus scilicet, teste Tacito hist. 4, 5, e municipio Cluviis, quod municipium illius tribus fuisse demonstrat titulus huius Corp. vol. IX n. 2999. — C. Helvidius Priscus nominatur praeterea in titulo eiusdem regionis, unde praetor anni p. C. 70 oriundus fuit, Corp. IX n. 2827.

2837 rep. in una vigna del territorio di Zagarolo, fra le rovine di un antico edificio.

VNIVERSA · PEDATVRA
CVM · SVO · AEDIFICIO
QVOD · CEDIT · HVIC
MONVMENTO · CONTINET
5 LONGVM · PER · FRONTES
INTERIORIS · ET · EXTERIORIS
PER · AEQVE · P · LXXX . . .
IN · AGRO · P

Ignatius Maria Raponi descripsit et misit Cajetano Carcano epistula data Romae d. 11 Iul. 1786 (cod. Neap. X, C, 79 n. 7).

2838 fistula plumbea. Zagaroli apud Maximilianum Bertini pharmacopolam, rep. loco nuncupato Torre dei marmi.

NICEPHOR FL · SVLPICIANI SER FEC

Descripsit Stevenson.

Flavius Sulpicianus socer Pertinacis imperatoris et sub eo praefectus urbis notus est ex Dione 73, 7. 75, 8, Herodiano 2, 6, 8, vitis Pertinacis c. 13 et Didii Iuliani c. 2.

2840 tabula marmorea litteris magnis et bonis. In via Praenestina loco dicto Cavamonte, mille fere pass. a Gallicano [sive quinque mill. a Praeneste] GIORG. et similiter CECC. In museo Tusculano Passionei PASS. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap. Offic. I*).

T · FLAVIVS · AVG · L
E P I C T E T V S · A B · E P I S T V L I S
A Q V O P I S · M I L · L I C T O R
C V R I A T I V S · H I C · S I T V S · E S T
5 H X N C · T I T V L V M · F L A V I A · T Y C H E · V X O R · C O N I V G I · O P T I M O

Descripsit Henzen. Giorgi sched. Casanat., qui vidit anno 1732; Cecconi *storia di Palestrina* p. 18; Passionei 28, 17 (inde Donati 285, 4 et 310, 9 ex eoque Orelli 2922); Marini ms. Vat.; Osann syll. 453, 167.

Litterae quas dedi inclinatis perierunt ex quo inscriptio venit in museum Vaticanum; supplevit eas ex prioribus.

2841 trovata diversi anno sono vicino a Gallicano CIC.

D · M · SABIDIO MAXIMIANO
COIVGI · BENEMERENTI VIR
GINIO MEO · QVI VIXIT AN
NOS XXXX · ET · M · V · ET · D VIII
5 DIGNISSIMO · COIVX DA
FINE · FECIT · EGO · TIBI
QVOD TV MI FACERE
sic DIBVISTI MI QVI FACI
AT NESCIO &

Cicerchia misit mense Aprili 1862, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1862 p. 82.

2842 columna marmorea, in villa collegii Germanici S. Pastore prope Gallicano.

FORTVNAE
EX IMPERIO

Descripsi.

2843 ad S. Pastoris in villa Dominicanorum prope Gallicanum.

AVG
I
FESTA

Bianchini cod. Ver. 353 f. 18 descripsit mense Nov. 1704.

2845 ad divi Pastoris via Praenestina FABR., in aedibus Sancti Pastoris inter Gallicanum et Praeneste PENNAZZ., ad S. Pastoris in villa Dominicanorum prope Gallicanum BIANCH. Romae in museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap. incert. I*).

P L A V T I A E
QVINCTILIAE · A · F sic
P · HELVIDI
PRISCI · ET ·
5 P · HELVIDI · PRISCI

Descripsit Henzen; ad ectypum delineavit Huebner exempl. script. epigraph. n. 316. Fabretti 57, 315 (inde Vulpi Lat. 9 p. 194); Pennazza cod. Barb. 34, 14; Bianchini Veron. 353 f. 18; Revillas sched. Berol.; Passionei 50, 55; Marini ms. Vat.

V. 4 vocabulum ET et v. 5 totum postmodum addita esse ait Huebner.

XVIII. Inter Labicos Praeneste Gabios (p. 285).

ad n. 2845. Plautiae Quinctiliae et filii eius P. Helvidii Prisci lapis sepulchralis; quod non monerem, nisi male intellectum a Carmelo Mancini *atti della R. acc. di archeologia di Napoli* vol. 44 (1883) I p. 447 titulum atque pro mutilo suppletum esse animadverterem (est autem integer, margine ubique servato, ut et ego olim observaveram et nuper mihi confirmavit O. Hirschfeldius). — Helvidium Priscum praetorem a. 70 Publum fuisse praenomine eundemque cum marito Plautiae Quinctiliae Fabrettius inscr. p. 473 posuit quidem, sed nequaquam probavit.

XIX. PRAENESTE (p. 288).

ad p. 294 not. 1. Henricus Jordan analect. epigr. Latin. (ind. lect. Regimont. 1886/7) p. 6 seq. nuper quaesivit, quomodo haec frustula supplenda sint et quem locum in fastis Verrianis occupaverint; cum autem non contigisset ei ut ea probabili ratione suppleret eisque certum locum attribueret, de nostra horum frustulorum cum fastis Verrianis coniunctione se dubitare significavit. Dubitationem autem ea res praecipue Iordano movit, quod neque sacri vetusti Solis et Lunae Romae celebrari soliti praeterea ulla mentio supersit neque aedis Solis et Lunae, si exceperis aetatem labentem. — Mihi videtur Verrius Flaccus in adnotationibus ad fastos suos solem et lunam etiam multis aliis modis memorare potuisse. Quid si Verrius, qui ad diem kalendarum Ianuariarum adscripsit originem moris ut eo die magistratus inirent, qui singulos dies a Caesare dictatore additos notavit, aliquo loco (fortasse ad mensem Februarium, ubi in fine solito maius spatium superesse debebat) egit de ratione anni qui fuit ante Caesarem? potuit Verrius exponere annum Romuli neque solis cursui neque lunae rationibus convenisse, potuit

narrare, Caesarem dictatorem primum inter Romanos annum [ad] solis cursu] accommodasse. Aliae quoque lunae et solis mentiones excogitari poterunt — potuit Verrius memorare septem stellas errantes, solem lunam Martem reliquas —, sed illud mihi probabilius videtur. Ceterum non incerta similitudine ductus fragmenta illa fastis Verrianis adscripsi, sed conlatis ectypis eorum cum reliquiis fastorum nunc Romae adservatis.

ad p. 294. Horatius Marucchi libro quem a. 1885 edidit *Guida archeologica dell' antica Praeneste* etiam inscriptiones Praenestinas plurimas complexus est, sed paucas admodum ad lapides conlatas, plerasque ex libris repetitas. Nova et utilia non habet nisi in christianis, ad quas adhibere eum potui iam supra p. 348 seq. (cf. p. 294 not. 4).

ad p. 295 not. 3. Oblitus eram, cum haec scribebam, arae huius Corp. vol. VI n. 3684, quam posuit una cum uxore et filia C. Iulius Germanus *veter(anus) Aug. n.* et quae sine dubio antiquitas pertinet ad fanum Fortunae Primigeniae urbanum.

ad n. 2862. Quartum apographum extat apud Donium ms. Neap. p. 28, 13 petitum ut ait 'ex libro ms.' (non 'ex libro vetere ms.', quod dicere solet Donius de eis quas ex Iucundo repetivit). Novum hoc apographum consentit cum reliquis (etiam v. 2 in PVERO), nisi quod v. 7 (pro RVFICANAE) habet RVFICANAI, v. 8 (pro PLOTILLAE) PLOTILLA.F.

ad n. 2866. Vide ne non diversus fuerit ab hoc L. Rufino Λ(ούχιος) ille Πουφίνος, memoratus ut ἀνθύπατος in nummo Chalcidis Euboeae sub Augusto cuso, edito ab Imhof-Blumer *monn. gr.* p. 222 n. 56, quo iudice hic Λ. Πουφίνος idem est atque Λ. Λίουιος ἀνθύπατος saepius memoratus in eiusdem Chalcidis nummis. Monuit de his nummis Chalcidensibus Pick.

ad n. 2898. Suspicio venit et hanc aram et Narbonensem huius Corp. vol. XII n. 4335 expressas esse ad aram Pacis Augustae Romae publice a. u. c. 741 consecratae (Mon. Anc. 2,38 cf. comm. Mommseni ed. 2 p. 49), similiter ut monumentum Tiberio a compluribus civitatibus Asiae positum expresserunt Puteolani.

ad n. 2949. In inscr. lateris scr. m. (pro L.) LAELIO MAXIMO.

ad n. 3044. Adferre vel saltem memorare debui hoc tabulae marmoreae fragmentum rep. d. 13 Apr. 1874 Romae in monte Esquilino non longe a basilica S. Mariae Maioris (cf. Lanciani *bull. cit.* tab. V. VI) prope rudera quae propter inscriptionem huius Corp. vol. VI n. 1744a balneorum Neratii Cerealis putabantur a Lanciano:

$$\begin{array}{l} \text{N} \text{M} \text{M} \text{A} \text{E} \cdot \text{A} \text{D} \text{F} \text{E} \text{C} \text{T} \text{I} \text{O} \text{N} \text{I} \text{S} \cdot \text{E} \text{R} \text{G} \text{A} \text{R} \text{E} \text{M} \text{P} \text{U} \text{B} \text{L} \text{I} \text{C} \text{A} \text{M} \cdot \text{S} \text{I} \text{C} \text{V} \text{T} \cdot \text{L} \text{V} \text{D} \text{V} \text{M} \\ \text{G} \text{L} \text{A} \text{D} \text{I} \text{A} \text{T} \text{O} \text{R} \text{I} \text{V} \text{M} \cdot \text{O} \text{M} \text{N} \text{I} \cdot \text{I} \text{N} \text{P} \text{E} \text{N} \text{S} \text{A} \cdot \text{S} \text{V} \text{A} \cdot \text{I} \text{T} \text{A} \cdot \text{S} \text{P} \text{O} \text{L} \text{I} \text{A} \text{R} \text{I} \text{V} \text{M} \\ \text{A} \text{F} \text{V} \text{N} \text{D} \text{A} \text{M} \text{E} \text{N} \text{T} \text{I} \text{S} \cdot \text{E} \text{X} \text{S} \text{T} \text{R} \text{V} \text{C} \text{T} \text{V} \text{M} \cdot \text{O} \text{R} \text{N} \text{A} \text{T} \text{V} \text{M} \text{Q} \text{U} \text{E} \text{P} \text{R} \text{O} \text{N} \text{I} \text{T} \text{O} \text{R} \text{E} \\ \text{C} \text{I} \text{V} \text{I} \text{T} \text{A} \text{T} \text{I} \text{S} \cdot \text{R} \text{E} \text{I} \cdot \text{P} \text{U} \text{B} \text{L} \text{I} \text{C} \text{A} \text{E} \cdot \text{D} \text{O} \text{N} \text{O} \cdot \text{D} \text{E} \text{D} \text{I} \text{T} \end{array}$$

Descripsit Lanciani *bull. municipale* 2 (1874) p. 86, contulit Henzen huius Corp. vol. VI p. 885 ad n. 1744a. Apparet eum ad quem haec inscriptio pertinebat civitati suae plane eadem largitum esse ac Voesus Aper largitus erat Praenestinae. — Talem inscriptionem antiquitas Romae stetisse, quod Lanciano venerat in mentem, dedicatam a decurionibus civibusve eius civitatis, credi non potest; absunt enim verba sollemnia talium dedicationum, abest ipsum nomen civitatis. Ego si quid video, habemus ipsam inscriptionem spoliarii a Voasio Apro Praenestinis privata impensa extracti. — Alteram inscriptionem ex rudibus Praenestinis Romam multo ante renatas litteras adlatam dedi n. 3006 (noli tribuere nimium ei rei quod Lancianus hoc tabulae fragmentum, cum repertum sit, ait adfixum fuisse parieti).

ad n. 3043. Eandem ut videtur refert Marinus syll. fistularum n. 117 (ed. de Rossi p. 507) tamquam extantem Romae in bibliotheca Barberinia (quo facile potest adlata esse ex Praeneste), sic: [FABIVS PARMATIVS FEC]

ad n. 3070. Scr. L · AVLI · L · L.

ad n. 3333. Vv. 3. 4 *apstulit atra dies et acervo funere mersit* Vergilii sunt Aen. 11,28.

4233 a cippus marmoreus, Cave nel giardino Gramiccia (Clementi).

$$\begin{array}{l} \text{pavo} \\ \text{D} \cdot \text{M} \\ \text{urceus FL} \cdot \text{TYCHE patera} \\ \text{AVG} \cdot \text{LIB} \end{array}$$

Descripsit Stevenson indicatum a Vinc. Cicerchia.

4233 b fragmentum Praeneste apud Vincentium Cicerchiam.

$$\begin{array}{l} \text{hypo} \text{G} \text{A} \text{E} \text{O} \text{C} \text{V} \text{M} \\ \text{A} \text{N} \text{I} \text{S} \cdot \text{M} \text{A} \text{R} \end{array}$$

Descripsit Stevenson.

XXII. AFIL(AE?) (p. 351).

ad n. 3446. Altera ex his fistulis postea pervenit ad Alexandrum Castellani, in cuius hereditate Romae venum prostabat anno 1884 (*Catalogue des objets d'art dépendant de la succession Alessandro Castellani et dont la vente aura lieu à Rome* p. 42 n. 56; inde Lanciani *bull. municipale* 12, 1884 p. 7).